



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

I. Ferdinandus Austriacus & Ioannes Sepusius de Transylvania inter se
contendunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

- VII. *Quinam Principes Maximilianus infelicia auxilia subministrarint.*
 VIII. *De Petrovicij Arriani, qui Transylvania Principis moderater fuit, crudelitate.*
 IX. *Caluinismo inualefcente in Transylvania Littera Ioannis Sepusij principis ad Lutheranos in Germania.*
 X. *Mors Ioannis Sepusij nouas turbas excitat: Stephanus Batorius à Lutheranis eligitur contra Maximilianum II. Imp.*
 XI. *Steph. Batorum Iesuitas in Transylvania colloca, & fit Rex Polonia, succedit ei frater, qui per Iesuitas Transylvania statum emendas.*
 XII. *Iesuita à consurata haresis proscripti. postea ipse Sigismundus fugatus ab eisdem.*
 XIII. *Restitutus Sigismundus Turcas proelio vicis conuersatus punitus, & Iesuitas reducit.*
 XIV. *Maleficiatus à Calabro Sigismundus fit infelix.*
 XV. *Infelix Transylvania status.*

I. TRANSILVANIA ampla admodum provincia Dacia olim dicta, Christianam religionem sub Stephano Hungaria rege, ante sexdecim annos amplexa, post Mortem Ludouici regis Ferdinando Austriaco & Ioanne Sepusio, qui alas de Zepulia Comes Sepusienfis dictus est, de regno inter se contendentibus, in factiones & sectas miserabiliter admodum distracta fuit. Bello hoc varia fortuna vtrinque aliquamdiu gesto. Anno 1540 tandem in has condiciones conuenit, utque Ioannes armis acquisierat loca retineret, quo ad viueret, ipso vero mortuo, ad Ferdinandum e redirent. Ioannes defunctus filium infantem reliquit, vade decim tantum dies natum, Stephanum nomine, quem Turca deinde Ioannem appellarunt: vnde noua regionibus istis, Christianis non cum Turcis tantum, sed inter se quoque commissis, multoque asperius exercitæ conrotationes tetraduerunt. Inter alios infantia parte tutor datus fuit *Georgius* quidam *Martinus*, monachus, homo non minus magni animi quam celebris in Hungaricarum rerum historia memoria: qui quoad vixit, & pupillitute iam administrait, hareticorum elusis conatibus, Catholicam religionem, quantum potuit, saluam præstitit, quam *Petrus Petrovicius*, moderandæ pupilli pueritæ post ipsum admodus, plane pessumdaram atque extinctam voluit, è Catholico primum Lutheranus, ac deinde ex Lu-

therano Arrianus factus. Sed quia in Monachi illi historia (quam Martinus Fumeus Gallica lingua descriptam exhibuit) multa notata digna sunt; vitam eius & res gestas paucis describere operæ precium, videtur, ex quibus imprimis in credibilis tam animi magnitudo quam prudentia, quæ in hoc homine supra conditionem & fortunam fuerunt, elucebunt: tanto magis, quod functa ipsius mors tam reipublicam quam religionem in Transylvania eodem exitio inuoluit.

II. Fuit igitur Georgius natione Dalmata, nobili familia, sed in re tenui educatus, vilissima puer apud Ioannis VVaiuodæ matrem ministeria exercuit, calefaciendis hypocauftis & apportandis lignis destinatus. Huius vitæ periculis instigante bono Angelo, relicta Ioannis aula, vitam monasticam in Benedicti canobio extra Budam professus est, cellarumque & erogandis eleemosynis præfectus. Hic primum litteras didicit, & quamuis iam aduictor, etiam Latine aliquid effansio sacerdotum seu presbyterorum ordinem tandem cooperatus: Ferdinando in regem assumpto, exultantem apud Sigismundum Poloniae regem, VVaiuodam sequutus, retento nihilominus habitu, multis & grauissimis in negotijs fidelem ei operam nauauit, variaque ac periculosas legationes, vestitu dissimulante personam & securitatem præstante intrepide obiuit, quibus officijs adeo sibi Ioannis Sepusienfis & multi Ferdinandi Regis animum deuinxit, ut ab eo mox in regnum à Solimanno, cui tributarium se fecerat, restituro, in secretis consilium affectus, & quaestura regni, quæ dignitas primaria est, ornatus sit, Varadinensi prius Episcopatu donatus, ac postremo tutor cum *Isabella regina*, filio Stephano testamento relictus.

Non multo post Ferdinandus iuxta pacta, loca quæ Ioannes hæctenus præsidio tenuerat, tradi sibi petit, promissam compensationem vicissim reddere paratus Regina pacis admodum cupida, non abnuente, Georgius qui naturæ quodam instinctu ad magna aspirabat, Ferdinandi petitionem eludit, & Budam interea non maiori tantum præsidio, sed suæ etiam præsentis firmitate: quæque Ferdinandi potentiam imparem se facile animaduerteret, Solimanni opem pro pupillo implorat. Postea à Ferdinando cum XL. hominum millibus obsessa, & XL. machinis verberata vrbe, Georgius obsidionem tantisper sustinuit, quoad Mahumetes Bassa, fuso Ferdinandi exercitu, eam soluit. His